SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
um 1455/1460 (Wasserzeichenbefund) Seite 239r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Absolon confosus est tribus lanceis et in vadit gladio

Crucem xpi ad crucifigendum eum prohibet carpentare
Qui ad perpetrandum mala conatur consilia prestare
Dorso xpi crucem baiulandi imponere prohibet
Qui peccatum suum divine ordinationi attribuere videtur
Infacie xpi prohibet ~~define~~ conspuere / despectiue
Qui non agit gratias deo de quolibet sibi dato munere
Aliquo xpm prohibet colaphis verberare
Qui proximum post tergum suum nititur diffamare
Facie xpi prohibet alapis contundere
~~Caput xpi~~ qui proximum suum in presencia presumit confundere
Caput xpi prohibet vulnerare spinis
Qui ecclesias nituntur in vadere in iuriis et rapinis
Oculos domini omnia conspicientes conantur velare
Qui malum pro bono nituntur vendere dare vel mutuare
Vestimenta xpi sibi prohibentur diuidere
Qui res suorum proximorum presumunt distribuere
Dominum ihesum xpm cum Iuda dolose corde osculatur
Qui proximo suo fraudulenter adulatur
Dominum cum Iuda dolose prohibet salutare
Qui proximo suo promittit quod non intendit seruare
Dominum cum Iudeis videtur deridere et subsanare
Qui pro laude humana nititur orare vel elemosinas dare
Locutos xpi cum Iuda fure portare prohibetur
Qui de rebus sibi commissis aliquid subtrahit et furatur
Pedes xpi prohibet clauis ferreis perforare
Qui magis theatra et tabernas quam templa solent visitare